



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Infidelis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

tia, vel timore non resistitur.

\* *Vide Tol. l. 5. c. 67.*

7 Qui non potest famam à se læsam sufficienter restituere, debet satisfacere pecunia, aut alia re, aut petere remissionem.

\* *D. Th. 4. d. q. 1. art. 8. Scot. ibid. Val. l. c. d. 5. q. 6. p. 5. contra Syl. Mercat. de rest. c. 11.*

8 Qui famam alienam læsit, tenetur etiam cum suo maiori damno quàm alteri dedit, restituere; videtur autem posse nobile ignobili pecuniam pro eo dare, aut rem perinde gratam, ac famæ per verba restitutionem. Famosi verò libelli auctor tenetur per contrarium libellum restituere.

\* *Val. l. c. q. 17. p. 2. col. 179. interdum etiam cum vitæ periculo: vt si Regni, aut Reip. fama sit restituenda. Met. l. 1. c. 14. §. 35. Tol. l. 5. c. 70. ex Soto.*

Famosi libelli *Met. l. c. De libellis. Io. B. Corri 2. 79.*

### *Infans.*

**I**nfans quis dicitur vsque ad septimum annum inclusiue. *Vide gloss. cap. 4. de temp. ord. lib. 6.*

### *Infidelis, vide Iudæus.*

**I**nfidelibus etiam ex causa necessitatis, aut utilitatis vendere, aut dare ea, quæ ad cultum infidelitatis præcisè inferiunt, morale



tale est. *Caiet. 2. 2. q. 169. art. 2. Mol. disput. 340. nu. 34.* & tradere eis libros sacros comburendos etiam timore mortis, mortale est. secundum *D. Augustinum epist. 164. & 171.*

2 Cum fidelibus possunt conuersari in fide firmi. \* *Fum. l. c. num. 5.*

Addit. 3 Infideles conuersi locorum, in quibus baptizantur, ciues fiunt: retinetque bona iuste possessa: ex *Paulo III. Cupientes, Iudeos, &c.*

*Infirmus, vide vita.*

1 **N**on peccat mortaliter æger qui cibo abstinet ob summam difficultatem edendi, præsertim cum exigua est spes vitæ; censetur enim illa quædam impossibilitas: nec qui ob eandem difficultatem pharmacum respuit, cum certum non est per illud sanitatem recuperandam.

2 Non tenetur æger migrare in ciuitatem salubriorem, aut emere valde pretiosum pharmacum, sufficit enim vti remedijs communibus. Potest & medicinam recusare ob animæ utilitatem, vbi non est mortis periculum. Potest & fœmina ob amorem pudicitie, nolle medico pudenda ostendere etiam cum ad sanitatem videtur necessarium.

\* Emere valde 3 *Lopez p. 1. c. 41. in fine.*

Potest 3 *Lopez l. c.*